et quasi per loquelam superiorum dominus illis insinuat quibus voluntatem suam inspirat vel
Quia aliud est ita discernere et aliud beneplacitum domini perfecte intelligere et
ei ex amore inherere. Bonum ergo quomodo dominus habet in ammistracione
operis vel vocem in revelacione veritatis et sermonem in aspiracione voluntatis etc.

Explicit tractatulus magistri richardi de sancto victore super psalmum. Affer te domino etc.

C

Incipit epistola magistri heynrici de hassia ad dominum in maioribus ecclesie magistri necesse

Amicorum sincerissimo virtutis et sciencie meritis Reuerendo domino C. de pappelborn ecclesie magdinensis decano .. H. lagensteyn dictus de hassia .. suorum minimus felici prosperitate viuere et scienciarum virtutibus semper habundare. In domino prekarissime. Audiens nuper de dignitatis promocione vestre prospere honorande. Consolatus sum pariter et quodammodo conturbatus. Cum quidem versus summum dignitatis culmine pergredientes ascenditis repente de statu ad statum de dignitate in dignitatem alteram.

statibus dignitatum

Gaudeo si tantum quantum ascenditis in ~~gradibus virtutum~~ ascenditis in gradibus virtutum et si minus cor prope et humilitati apposueritis quanto in seculo dicior et sublimior fueritis atque vix altitudine in dig

nitate seculi aspirauerit atque fer-
uencius. Aliogin lugendum magis
michi erit quam gaudendum. Decenti
quam nisi ascensurus ad sublimitatis apicem
pedes firmauerit in scala uirtutum; qui
altiores ascenderit colles mundane
celsitudinis. paciet casum miserius
profundioris. Nec mirum. quia hic
mons in suo culmine confidenter stare co-
nantibus. Undique ruinam comminatur.
ablato hic ex lapsu pedum in lubrico.
ibique ex impulsu uictorum a precipicio
illic casu lasciuorum ex impulso. Unde
est quod multi cadunt et ceciderunt in
hoc monte alte dignitatis. tetra ceca- et de hoc monte
tatis nebula. que ipsum semper inuoluere
consueuit obscuratae in ipso commora-
tes. taliter ut sue precipitacionis
periculum. etiam reputati magni et pru-
dentes. non precauerunt. Recte mons
iste. (M)ons gelboe. nec pluuie be-
neficio de celo ad fructum irrigatus

in quo ceciderunt fortes israel. Saul
et ionathas amabiles ual
de. Quid ergo amicorum fidelissi
faciendum nobis est. cum in huius monte
undecumque elevati fuerimus. Certe ipsi
non aliud. quam ut pariter possumus
nos. solerti studio. a basse peccatorum
conversacionis in altum levemus. et vir
tutes omni probitatem acquirere. et acquire
do excedere festinemus. Justiciam. man
suetudinem. prudenciam. temperanciam.
fortitudinem. et super omnia caritatem. Hec
est armatura dei. que nos contra in
sidias dyaboli de monte dignitatis
ecclesiastice vel mundane deiecere moliens
cupiens defendit. et ab omni precipitacio
nis periculo illic timendo custodit.
Hec sunt arma que animos nostros or
nant. roborant. muniunt. atque dig
nificant. Sunt enim vere divicie et

moliens

dignitates tue: quas mira nos dona
te deo habere debemus. Toto ergo cordis
mei affectu opto, damque precor: ut
in hijs armis deo militans iugiter
ad interiora te extendas: donec pervenias
de monte ad montem. De monte inquam terrene
celsitudinis: in sublimitatem montis eterne
beatitudinis. Ergo viriliter age et esto
uir. noli degenerare, noli famosam tue
indolis bonitatem aliqua pluralitatis ma
cula obscurare: sed ubique quantum uales
gratus et amabilis coram deo et omni
populo existe, et apparere. Animi
tui nobilitate dignitati generis non parum
attestante, quam in te optime noui:
sed nec carnalium ardore deliciarum,
nec secularium ambicione cupiditatum:
ab amore uirtutum auelli permiseris.
Certus habe. quod numquam deerit tibi gratia
dei adiutricis et prospere si tibi aderit
uoluntas efficax implendi admoniciones
sanctas: quas crebre in scripturis

diuinis et humanis docta mens discretio
nis tue discernere nouit. Quanta audi
mus et cognouimus et cotidie in scrip
turis legimus salutis monita / quantas
in ueris oraculis comminationes
malorum / quantas promissiones bonorum quae
ut huius commonita et excitati. ponamus
in deo spem nostram. et non obliuiscamur
operum dei. sed mandata eius exquira
mus. Ecce cotidie legimus homines re
surrecturos cum corporibus suis. et red
dituros de factis propriis rationem. Et qui bona
egerunt. ituros in uitam eternam. qui uero
mala in ignem eternum. Et legimus.
Vanitas uanitatum. et omnia uanitas.
Legimus. Uniuersa uanitas. omnis
homo uiuens. Legimus thesaurizat homo.
et ignorat cui congregabit ea. Legimus.
cum interierit homo non sumet omnia. neque
descendat cum eo gloria eius. Legimus.

si diuicie affluat : noli cor apponere
Et id ipsum de honoribus et delicijs intellige. Legimus : vidi impium superexaltatum et eleuatum sicut cedros libani
et transiui et ecce non erat. quesiui eum : et non est
inuentus locus eius. Legimus : quia
anima eius in vita ipsius benedicetur.
introibit usque in progenies patrum suorum :
et usque in eternum non videbit lumen
Legimus. ducunt in bonis dies suos : et
in puncto ad inferna descendunt. Sed
quid est quod hec et similia cotidie
oculis et auribus nostris se inferencia. cum surda et obturata aure
cordis absque compunctione preterimus.
et sine emendatione nostri transiuimus.
Numquid ferree sunt carnes nostre. ut
non contremiscat. aut sensus ita
sopno oppressus ut non euigilet ad
talia scripture verba. Quid est.
aut sensus noster adamantinus ut non
senciat. aut

An putamus quod sapientia inaniter et
false loquatur. Huic quid forte mag
nis ualoris nobis apparuit in carne
et mundo. quo alliciente tantum absurdi
mus. quod prophetis non apparuit. nec
apostoli cognouerunt. Audiamus unum de
multis. Adulteri inquit iacobus. Nes
citis quia amicitia huius mundi inimica
est deo. et quicumque uoluerit esse amicus
seculi huius inimicus dei constituitur.
Et alter de carne ayt. Si secundum car
nem uixeritis moriemini. si autem spiritu facta
carnis mortificaueritis uiuetis. Sed
quid est secundum carnem uiuere. Ille inquit
inquit augustinus. secundum carnem uiuit
qui secundum seipsum uiuit. Id est ~~qui quod uult~~
~~manducat et bibit quantum uult et quantum~~
~~uult~~. et pergit quo uult. dormit quantum
uult et quamdiu uult. loquitur quod
uult. manducat et bibit quantum uult

et quantum uult · ridet iocatur · ornatur
prout uult · occupatur quando uult · et
in quibus uult · Quidquid naturalibus sua
ue est querit · quidquid corpori suo iocun
dum · exercet ac prosequitur · Delectatur
in uestimentis curiosis · in epulis sple
ndidis · in domibus gloriosis · Quid
multa · Omnia desideria carnis sue
explet et perficit · sicud uult et quan
do uult · Nos autem karissimi non sic ex
leges sumus · sed potius iugo suaui
diuine legis libertatis submittimus ·
ut desideria carnis delectacio celes
tium consideracione concupienda diminuat ·
et libidinem pudicicia uincat · scurrilita
tem et uerbositatem taciturnitas mo
derata compescat · superfluitatem et curi
ositatem sollicitudo in abstinenciis · et
operibus pietatis · succedat · ebrieta
tem sobrietas domet · iram et furorem

mansuetudo eliminet. et lenitate maturi
tas regat. mundi cupiditatē deceat
parimonie caritas refrenet. Jactanciam
et superbia conculcet profunda humilitas.
que quidē homines sanctis angelis similes
facit. quemadmodum ex angelis superbia
dyabolos fecit. Dyabolus per superbia
et cupiditatē dicat tibi. Exalta solū
solū tuū. fieri conaris similis virtuti altis
simi status. Cristus humilitatē proferens
dicat. Non sic. Sed Discite a me quia
mitis sum. et humilis corde. O mag. mag.
et inpreciabilis virtus cui nostra. et hu
militati studē. et superbiā nō admittē.
Magna virtus animi. vana huius secu
li gloriam contēpnere. et oia caduca calcare.
et pro illius amore iugiter contendere
laborando. qui te creando fecit. Redi
mendo refecit. et sublimando celi
civē constituit. O infelix et ve miser
qui sic servit rebus mundi. ut in ipso

amorem xpi extinguat oia secli.
Queso ut fluctiuagi ac miserabiles
huius mudi fallax dulcedo no decipi-
at. nulla seducat corpea pulchritu-
do. nulla fallat honois altitudo. no
decipiat corporis pulchritudo. Nonne
ois caro fenu et ois gla eius quasi
flos feni. Et sicut fenu estatis ar-
dore percussu. amisso decore arescit.
sic de facili exorta febricula decor
corporeus euanescit. Ecce corpus
delicatu et formosu. sed statim dum
morte pterimitur. quis horore susti-
ne potest. Nonne claudimus nares et
oculos. ne intret fetor cadaueris.
et horror abhoiande ymaginis. Ubi
queso tuc sumitas lugiine. rotundi
opulencie. ubi effrenis et inepta
leticia. Ubi tuc quod tm ardenter
amabat. qd p tam magno hebat.
Ubi tuc in quo delusus animus

noster tantum delectabatur. Ecce finis carnalis pulchritudinis. et mundane gloriationis. Bene ergo apostolus spem in celestibus esse ponenda docens ayt.

Mundus transit. et concupiscentia eius. qui autem facit voluntatem dei. manet in eternum. O homo de humo. qui cinis es. et post modicum in cinerem reuerteris. Cur non iugiter memorans nouissima tua. ut ~~in eternum~~ in eternum non peccares. Quando oblivisceris ingressus tui flebilis. progressus debilis. et egressus tui horribilis. Cur non semper ante oculos tuos versatur extremi iudicij seueritas. presentis vite fallax prosperitas. humane conditionis breuis iocunditas. Nemo enim diu in culmine honoris mansit. sed cito transit. Unde versus Est breuis atque leuis in mundo gloria quevis. Hec dictorum in nobis memoria assiduetur. et cor nostrum iugiter

promissa celestia mereamur. Et si terre-
nis que possidemus ad eterna suppeditan-
tes in celo. non in seculo thesaurise-
mus. facilime poterimus corpus
nostrum a vicijs et concupiscencijs refre-
nare. et spiritum mundane uanitatis a nobis
ex toto effugare. Cogitate quod non propter
felicitatem terrenam xpiani facti su-
mus. nec propter diuicias seculi huius
nec propter ista uita xpm colimus. sicut
apostolus ait. Si in hac uita tantum in xpo
speramus. miserabiliores sumus omnibus
hominibus. Audi ergo non xpi uox hec
est. Aurum michi adest. Superhabun-
dat argentum. Assunt mihi serui. agri.
possessiones paterne. redditus mul-
tiplices. splendide et dignitates consuete.
ex quibus aliquando elemosinas faciam
et peccata mea redimam oblacionibus.
et quamuis modo uniuersis uoluntati mee
viuam. deus qui non vult mortem pecca-

tous · dabit ei spaciu vite et pne
Heu quare no timemus quod euangeli
um tam terribiliter intonat dicens
Stulte hac nocte expostent a te
aiam tua et que parasti cui erut
Quare no intelligimus · dixit in
sipienter agimus · et audacter pcca
mus stulte estimantes talibus placa
du deu oblacoibus · qz ipm magis
cotra nos puocamus · Quia forte
ut ait augustinus · Ipa qua pro no
bis putamus facere elemosina · de p
dis mortuoru · siue de bonis paupe
ru · ab auaris ecclesiasticis psonis
supflue coacervatis · elemosina
non est · Qualis em elemosina ut
unus inops iuste vestiatur alius
iniuste spolietur · Et ut unus iuste
pascatur et alius iniuste fame tor
queatur · Non querit ista deus a nob
Audeo dicere · odit ista omps deus
Audi quid pphia dicat · panis inquit

egenaum uita pauperum est : qui defraudat
illum vir sanguinum est. O sicut ore sal
uatoris pronunciatum est de omni uerbo ocio
so quod locuti fuerint homines super terram
reddent racionem in die iudicii . quid erit
de omnibus ociosis et infructuosis bonorum
ad dei gloriam ecclesiis assignatorum
consumpcionibus . et dilapidacionibus in equs
lasciuis . in familia multa . in delicatis
epulis . in commessacionibus sedulis . in uasis
preciosis . in uestibus curiosis . in amb
triphatibus . in canibus uenaticis
in huiusmodi abusibus uanitatis . Certe
indigemus aduocato bono et optimo
qui de his et similibus nostris operibus
racionem reddendo . ondat in finali
iudicio . nos culpe obnoxios hec
perpetrando non fuisse . aut saltem qui
ostendat nos secundum magnitudi
ne culpe in talibus commisse in hac
uita penituisse . et deo satisfecisse .
Sed quia frustra acta uerbo aut

talia supputando mauriter fatigor; cu
her et que dicta sunt ante esto quod auribus
et oculis obiecta fuerint; ad cor non
ascendunt. Et quia uerificatum est ho
die illud ysaie. Quia ecce tenebre ope
riant terram; et caligo populos. Surg
ens enim fumus de estu uiciorum tanquam de
fornace ascendens. facit tam densam
caliginem inter celum et terram. oculos
mentales eorum qui terrenis dediti sunt
excecante; sicut hodie. nec solum ocu
los excecat. sed quasi pestifera
exalacio eciam auditum surdescere cogit
et gustum interiorem sic inficit et infatuat
ut iam solum terrena sapiant et celestia
omnino desipiant. Velles scire specie
tenus que sunt iste tenebre et caligi
nes. que iam operiunt populos et excecant
terrenorum oculos. Hec sunt falla
ces persuasiones et prauorum excusaciones
et defensiones; corrupte consuetudi
nes. uoluptates corporales; diui

ac temporales. honores fastus. et status
dominales. Hec quasi obscure quedam
caligines operiunt tenebrosos. et inducunt
sopitum. et tenebras mentales. que sunt
peccati macula. et ignorancia crassa.
Potissima autem retinacula quibus
quasi immobiliter retinentur homines sub
hiis caliginibus et tenebris peccato
rum. sunt diuturnitas male consuetu
dinis. gravitas inducte abusionis.
varietas absorbentis occupacionis.
cupiditas infrenate ambicionis. et
secularis prudencia. et temporalium experiencia.
qua quidem mundani se recte dirigi
confidunt. nescientes quo venerint ad in
teritum. dum tales directores sequuntur
incessu. Cum igitur filii huius seculi
prudenciores filiis lucis esse velint. et
contendant. ideo eorum hortamenta et
monita salutaria non accipiunt. sed
advertunt. obicientes eis simplicita
tem et inexperienciam habitudinis mundanorum.

et dispositionis rerum secularium quarum
ut assit gubernacioni et ordinacioni ma
xime aliquos necesse est. Sed audiant
tales quod de huiusmodi dicit apostolus. Animalis
inquit homo non percipit ea que dei sunt
spiritualis autem omnia diiudicat. Omnes
dicimus et verum est quod unicuique experto
in arte sua credendum est et in rebus
quibuscumque homini pertinendum esse iudicium qui
earum statum et condicionem melius no
verunt. Cur ergo religiosis et aliis
spiritualibus viris qui totum vite sue
tempus studio et consideracioni omnium rerum
in ordine ad deum et ad salutem hominis
impenderunt
Cur inquam non creditur talibus de
disposicione et dispensacione rerum munda
norum prout hominum salus exigit et
dei cultus requirit. Quis putas me
lius novit quo temporalia salubriter
sint disponenda et sic ad ea habendum
sit. Aut spiritus aut instianus aut in
quocumque seculi cultor tirannus exercitus.

aut seculi contemptor etatē illuminatus . Conuertunt utique filii seculi huius cautissime et astutissime conari pro temporali gloria mundi . quam querunt . non autem pro adipiscenda uita celesti quam negligunt . Ideo Ihesus bene dixit . Prudenciores sunt filii huius seculi filiis lucis in generacionibus suis . hoc est . quia non tam feruide non tam caute et solicite queritur a filiis lucis gloria celi . sicut a filiis huius seculi bona mundi . Isti enim feruent in pugna pro honore et gloria Illi tepent in labore pro ueritate et iusticia . Isti sunt uigilant pro diuiciis et deliciis seculi . Illi quasi dormitando laborant pro deliciis paradisi . Isti sollercius fortius prudent . et deligencius sine inimicis obsistunt . omnia consiliaus ad finem suum agere satagunt . Reperiuntur tamen tales quanto sunt in hoc mundo circa bona secularia acquirenda et

dispensanda in suis oculis prudenciores
tanto circa celestia inspicaciores sunt
et expectaciores. preiudicium sophie oppo-
si. Nec reuera talium quisquam bonus tempora-
lis dicendus est. aut uerus temporalium
rector. sed potius temporalium iniquus ab-
usor et peruersor. cum ipsa non referat nec
deducat ad finem debitum. qui est honor
dei et salus rei publice christiane. Qui-
uis adhuc sine temporalia nouit conueni-
entissime ordinare disponere. et dispensare
in hoc prudencior fuerit. et sollicici-
or et cautior. apud deum maius meri-
tum consecutus. gloriosior erit. Est itaque
triplex temporalis. Primus qui nouit
ea que temporis sunt prudenter disponere.
pro adipiscendis diviciis et honoribus
huius seculi. felicitatem in talibus
constituens. Secundus est. qui nouit
temporalia conuenienter et utiliter dispo-
nere ad felicitatem politicam seu ciuilem.

que consistit in necessariorum sufficientia necessariorum ad vitam in civitate pace. et morali honestate. Tertius est. qui vere. et bene novit temporalizare ordinando. et disponendo. de rebus temporalibus. prout melius expedit et convenit pro honore dei. ad veram iusticiam in presenti. et ad salutem consequendam eternam in futuro. Primum instruit dyabolus. Secundum docet moralis philosophus. Tertium erudit expertus theologus. Primus a philosophis et theologis reprobatur. Secundus ut moraliter bonus laudatur. Tertius autem vocatur bonus. et deo gratus. comprobatur. Ex hiis concludi potest finaliter quod melior temporalis fuit beatus ludovicus vel bernardus mundum relinquens. et tempora. et temporalia ad dei gloriam et sanctam conversationem regulariter dispensans. quam cesar iustinianus mundum regens. et humana negocia ad rei publice civilis fortunam suis legibus prudenter decidens